The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Adulacio g

cum fonte primo

Magis optabo a quolibet reprehendi quam uel ab adulante laudari. Nullus enim reprehensor formidandus est amatori ueritatis.	Magisque optabo a quolibet reprehendi quam siue ab errante siue ab adulante laudari; nullus enim reprehensor formidandus est amatori ueritatis. Etenim aut inimicus reprehensurus est aut amicus. Si ergo inimicus insultat, ferendus est; amicus autem si errat, docendus; si docet, audiendus.
Laudator uero errat et confirmat errorem.	Laudator uero et errans confirmat errorem, et adulans inlicit in errorem.
Augustinus II. de trinitate.	Augustinus Hipponensis, *De trinitate*, 2.prooem.1 (CCSL 50, W.J. Mountain ed., p.81, ll.24-29).